Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



83

tuam pronuntiabunt.
Magnificentiam glorie
sanctitatis tue loquentur: et
mirabilia tua narrabunt.
Et virtutem terribilium
tuorum dicent: et magnitu
dinem tuam narrabunt.
Memoriam habundantie
suavitatis tue eructa
bunt: et iustitia tua
exultabunt. Misericors
et miserator dominus: patiens
et multum misericors. et
Suavis dominus universis:
et miserationes eius super
omnia opera eius. Confi
tebuntur tibi domine omnia
opera tua: et sancti tui benedi
cant tibi. Gloriam regni
tui dicent: et potentiam
tuam loquentur. Ut no
tam faciant filijs hominum
potentiam suam: et gloriam
magnificentie regni tui.
Regnum tuum regnum
omnium seculorum: et dominatio tu
a in omni generatione et ge
neratione. Fidelis dominus
in omnibus verbis suis: et sanctus
in omnibus operibus suis.
Allevat dominus omnes qui
corruunt: et erigit omnes
elisos. Oculi omnium in te sper
ant: et tu das escam illorum
in tempore opportuno. Aperis
tu manum tuam: et
impples omne animal be
nedictione. Iustus dominus
in omnibus viis suis: et sanctus
in omnibus operibus suis.
Prope est dominus omnibus
invocantibus eum: omnibus
invocantibus eum in ve
ritate. Voluntatem timen
tium se faciet: et deprecatio
nem eorum exaudiet: et sal
vos faciet eos. Custodit
dominus omnes diligentes
se: et omnes peccatores disper
det. Laudationem domini
loquetur os meum: et bene
dicat omnis caro nomen
sanctum eius in seculum et in seculum
seculi. Amen et in seculum